

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus q cum fonte primo et editione 1550

Spiritus paraclitus dat pignus salutis, robur uite,
sciencie lumen: pignus salutis ut ipse Spiritus reddat
testimonium spiritui tuo quod Filius Dei sis;

robur uite ut quod per naturam tibi est impossibile, per
graciam eius non solum possibile, sed eciam facile fiat;

lumen sciencie ut

quicquid boni in te inueneris illi tribuas a quo omne bonum
est.

In tribus istis Spiritus sanctus docebit te omnia que
pertinent ad salutem.

Bernardus in sermone.

«Et ne de absentia mea vel murmures,
vel contristeris, mittam tibi
Spiritus Paraclitum, qui tibi donet pignus salutis, robur uitae,
scientiae lumen. Pignus salutis, ut ipse Spiritus reddat
testimonium spiritui tuo, quod filius Dei sis: qui certissima
signa praedestinationis tuae cordi tuo imprimat et ostendat;
qui donet laetitiam in corde tuo, et de rore caeli, si non
continue, tamen saepissime mentem tuam impinguet.
Robur uitae, ut quod per naturam tibi est impossibile, per
graciam eius non solum possibile, sed et facile fiat,
ita ut in laboribus, in vigiliis, in fame et siti, et omnibus
observantiis, quae, nisi farinula ista dulcorentur, prorsus
MORS IN OLLA appareat, delectabiliter incedas, sicut in
omnibus divitiis.
Scientiae lumen, ut,
cum omnia bene feceris, te servum inutilem putes, et
quidquid boni in te inveneris, illi tribuas, a quo omne bonum
est,
sine quo non parum aliquid, sed nihil omnino potes incipere,
ne perficere dicam. Sic ergo
Spiritus iste in tribus istis te docebit omnia, sed omnia quae
ad tuam pertineant salutem,
quia in ipsis est plena et absoluta perfectio.»

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in die Pentecostes*, 2, 6
(SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.168-
9, ll.27-28, 1-12).

Spiritus paraclitus dat pignus salutis, robur uitae,
scienciae lumen, pignus salutis, ut ipse reddat
testimonium spiritui tuo: quod dilius Dei sis.

Robur uitae, ut quod per naturam tibi est impossibile per
graciam eius non solum possibile: sed etiam facile fiat.

lumen sciencie: ut

cum omnia bene feceris, te seruum inutilem putes, &
quicquid boni in te inueneris illi tribuas. a quo omne bonum
est.

In tribus istis spiritussanctus docebit te omnia, quae
pertinent ad salutem.

Bernardus in sermone 2. pentecostes.

Flores omnium fere doctorum (Venetiis, 1550), fol.493r.